

CATALOGVS
PRAELECTIONVM

IN

ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A DIE XIII. OCTOBR.

MDCCC

HABENDARVM

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOH. GEORG. BECHTOLD, hora VIII. antemeridiana, Christianae religionis capita theoretica, e dictis S. C. collecta, & in systema redacta, tradet, adiuncta ubique horum dictorum interpretatione historico - grammatica. Hora II. pomeridiana in res ab O. S. N. in his terris gestas, quatenus a tribus prioribus evangelistis commemorantur, commentabitur: Hora eadem, diebus Martis & Veneris Bergeri libellum, *Aphorismen zu einer Wissenschafts - Lehre der Religion* inscriptum, praeleget, quae in eodem *νεως* scripta occurrunt, virgula censoria notaturus.

IOH. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ hor. VIII-IX historiam religionis & ecclesiae christianae antiquiorem ex *Walchio* narrabit fenis diebus, H. IX-X theologiam moralem, suas secutus theses, praecipiet. H. X-XI historiam Christianam Saeculi XVIII tradet binis diebus. Eadem hora quaternis dd. *Lucac* euangelium interpretabitur.

CAR. CHRISTIAN. PALMER quinque dieb. h. XI. theologiam dogmaticam, duce Moro, binis dieb. h. X. introductionem in libros N. T. tradet; h. II. exercitationes dogmatico-examinatorias instituet, h. III. Euripidis *Phoenissas* interpretabitur. Catecheticas quoque exercitationes publice instituet.

IO. ERNEST. CHRISTIAN. SCHMIDT h. X historiam Ecclesiae Christianae recentiore narrabit, h. XI. Epistolas Pauli ad Romanos & Corinthios interpretabitur, h. II. historiam librorum V. & N. T. tradet.

LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH Pandectas ex HELLFELDIO, ius Canonicum e BOEHMERO, ius Criminale e compendio suo horis consuetis tradet. Disputatorium quoque & Examinatorium offert.

D. IO. DAN. HENRICVS MVSAEVS. Hor. VIII-IX. *Ius publicum* Imperii R. G. PÜTTERO, Hor. II-III *Ius feudale* BOEHMERO duce docebit. Hor. III-IV diebus Lunae, Mercurii & Veneris habebit *Collegium elaboratorio-practicum*, alternis diebus *Ius mercatorum & Cambiale* ex libro suo tradet.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP hora II-III. *ius Germanicum priuatum* duce SELCHOVIO, & hora III-IV. *historiam imperii* R. G. praecunte PÜTTERO, tradet.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BVCHNER, hora VIII-IX. praelectiones ad HEINECCII *elementa iuris civilis secundum ordinem institutionum* habebit, hora X-XI. *historiam iuris* duce SELCHOVIO docebit.

D. CAROL. GROLMAN P. I. P. O. hor. VIII-IX ius criminale hor. X-XI & insuper singulis Lunae, Mercurii & Veneris diebus hor. III-IV theoriam processus civilis, compendia, quae ipse conscripsit, sequuturus, docebit. Praelectiones in ius civile, examinatória atque disputatoria offert.

LECTIONES MEDICAE.

CAROLVS GVIL. CHRISTIANVS MVLLER, Med. D. & Prof. primar. *privatim* h. XI-XII Therapiae specialis alteram partem, quae de morbis chronicis agit, proponet. *Privatissime* Mineralogiam in usum praecipue eorum, qui scientiis cameralibus operam dant, hora auditoribus commoda, docebit.

D. IOANNES FRIEDERICVS SIEGESMVND POSEWITZ P. P. O. 1, in theatro anatomico, hora XI - XII, partes corporis humani demonstrabit, respectu, ipsa natura duce atque intuitiue, habito ad statum corporis sani ac aegroti atque ad functiones laesionisque organorum, imprimis, si occasio proposito fauet, 2, examen de organis singulis demonstratis hora alia commoda instituet.

D. ERN. LVDOV. WILH. NEBEL publice h. XI *Celsi* de medicina l. VII & VIII commentario illustrabit. Priuatim h. VIII medicinam forenses, cl. Metzger libellum secuturus, atque physiologiam h. IX filo cl. *Hildenbrandt* vsurus, explanabit. Historiam quoque medicinae, eorum potissimum, quae seculo nunc ad finem perducto in arte gesta sunt, si Auditores concupierint, enarraturus.

D. FRANCISCVS FERDINANDVS HESSERT, priu. hor. VIII - IX & II - III. Therapiam Specialem, duce *Cullen Anfangsgründe der Arzneykunst*, tradet. Desiderantibus etiam Examinatorium chirurgicum offert.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER Hist. P. P. O. hor. VIII. Historiam *uniuersalem*, hor. XI. Historiam Statuum *Europae* ad Compendia a se edita docebit. Offert & alias praelectiones, imprimis in linguas *Anglicanam & Italicam*.

D. GVILIELMVVS FRIDERICVS HEZEL, LL. OO. P. P. O. offert hor. X. institutiones *linguae Hebraeae*, quater, *Arabicae* bis per hebdomadem. Hor. XI. Scholas *exegetico - Hebraicas*; interpretaturus *Psalms libros III & IV*, repetita interpretatione praestantissimorum *Psalms* libr. I & II. — Ad dialectorum *Syriacae, Chaldaicae &c.* & *linguae Graecae* tradenda fundamenta aequae fese profitetur paratum. Bibliothecam publicam diebus Mercurii & Saturni Hora II - III aperiet.

D. AVG. FRIED. GVIL. CROME. Oecon. Statistic. & scient. Cameral. P. P. O. I) Hora II - III. *Politicam*, quam vocant, seu *scientiam ciuitatis instituendae & administrandae*: II) Hora III - IV. *Geographiam & Statisticam*, vt dicunt, *omnium Europae regnorum*, & III) Hora IV - V. *Oeconomiam politicam*, seu *doctrinam cameralem, theoretico - practicam*, (*Praktische - Cameral - Wissenschaften, oder Finanz - u. Steuer - Wesen*,) — docebit. Ad alia quoque paratus. —

IO. FRIDER. ROOS, Philof. D. & Historiar. P. P. O. *Historiam* quam dicunt *uniuersalem* h. XI; *Historiam* regnorum ac rerumpublicarum *Europae* h. III, *Beckio* illic hic *Galletto* duce, de integro tradet; *Anglicae* etiam *linguae* studiosis haud denegaturus operam.

FRID. LVDOV. WALTHER, P. P. O. per semestre hibernum *Oeconomiam forestalem* ex compendio suo hor. IX - X. *oconomiam mercatoriam* hor. X - XI. ad §. §. tradet, nec iis deerit, qui *Encyclopaediae scientiarum cameralium operam* nauare volunt.

G. G. SCHMIDT, P. M. P. O. Mechanicam theoretico-practicam (Maschinenlehre) hor. mat. VII - VIII, Mathesin puram hor. XI - XII, Physicam experimentalem hor. II-III: ex compendiis suis priuatim docebit. Analysin finitorum & infinitorum priuatissime hor. in valu. publ. adhuc indicandis tradet.

I. C. G. SCHAUMANN artem paedagogicam h. I - II, ius naturae h. II - III, logicam & metaphysicam h. III - IV priuatim docebit. Publice Iuuenalis ac Persii satyras interpretabitur, vitasque clarissimorum Graeciae Latinaeque virorum ex Plutarchi parallelis narrabit.

FRID. GVIL. DAN. SNELL, Philos. Prof. P. O. *mathesin puram* hor. III - IV tradet. — Ad praelectiones in *mathesin applicatam, philosophiam theoreticam & practicam* paratus est.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

FRANC. THOM. CHASTEL, Ling. gallicae Professor, extra lectiones 1) *grammaticales*, 2) *elaboratorias*, 3) & *conuersatorias*, fueto more priuatim habendas, per instans semestre hibernum, poema Abbatis *de L'Isle*, cui titulus: *les Jardins*, horis adhuc indicandis, praeleget atque interpretabitur, ad priuatissimas etiam lectiones per ceteras diei horas paratissimus erit.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de *Iuculenta equitandi, pugnae gladio, fulsantique palaestra, Anglicae, Gallicae & Italicae* linguae scholis, per magistros eorum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.
